



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocavsti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,
feruenterq. celebrandum disponatur**

Poiré, François

Romæ, 1639

Contritio cordis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)



DIE SABBATI

Ad Christum accedā
vt Aduocatum.

ANTE MISSAM.

Directio Intentionis.

Deus cæli, & terræ. fol. 60.
Ego volo celebrare Missam.
fol. 84.

Contritio cordis.

*Psol. 29.
Psal. 83.*



A De te, Do-
mine, cla-
mabo, &
& ad Deū
meum deprecabor.
Quæ utilitas in sangui-
ne

Contritio cordis. 229

ne meo dum descendo
in corruptionem? Re-
spice in faciem Christi
tui, & si seruum reij-
cis fugitiuum, recipe
quem sibi vnigenitus
filius tuus fecit ado-
ptiuum. Dixit enim di-
scipulus quē diligebat *I. Ioa. 2o*
Iesus, Si quis pecca-
uerit, Aduocatum
habemus apud Patrem
I E S U M Christum iu-
stum. Quem igitur aliū *S. Aug.
Medit.
cap. 6o*
dirigam intercessorem
pro me tibi nescio, nisi
hunc, qui est pro pec-
catis nostris propitia-
tio, qui sedet ad dex-
teram

230 *Die Sabati*

teram tuam, qui etiam
communi sibi gloria
pietatem tuam inter-
pellat pro nobis. Ecce
Aduocatus meus apud
te Deum, & Patrem.
Ecce Pōtifex summus,
qui non eget alieno
expiari sanguine, quia
proprio fulget perfu-
sus cruore. Ecce hostia
sancta, beneplacens, &
perfecta, in odorem
suauitatis & oblata, &
accepta. Ecce agnus
sine macula, qui corā
se tondentibus obmu-
tuit, qui plagis cesus,
sputis illitus, probris
affe

Contritio cordis. 23 I.
affectus, os suum non
aperuit. En qui pec-
catum non fecit, pec-
cata nostra pertulit, &
languores nostros suo
liuore sanauit. Aspice,
pie pater, pijssimum fi-
lium tuum pro me tam
impio passum. Respi-
ce, pater clementissi-
me, eum, qui patitur, &
reminiscere benignus
pro quo patitur. Non-
ne hic est ille innocēs,
mi Domine, quem, vt
seruum redimeres, fi-
lium tradidisti? Nun-
quid non autor vitæ
hic est, qui vt ouis ad
occi-

occi-

232 *Die Sabbati*

occisionem ductus, tibi-
bique obediens vsque
ad mortē factus, atro-
cis non timuit necis su-
bire genus? Recole,
totius salutis disposi-
tor, quia hic ipse est,
quem etsi ex tua virtu-
te genuisti, meæ tamen
infirmittatis participē
fieri voluisti. Verē hec
est tua Deitas, quæ
meam iuduta naturam
crucis ascendit patibu-
lum; quæque assumpta
carne triste tulit sup-
plicium. Reduc, Deus
meus, oculos maiesta-
tis super opus ineffa-
bilis

Contritio cordis. 233

bilis pietatis: intuerere
dilectum Natum toto
corpore extensum,
cerne manus innocuas
promanantes: sangui-
ne: & remitte placatus
scelera, quæ patraue-
runt manus meæ. Con-
sidera in me latus cru-
deli fossum cuspide, &
renoua me sacro sancto
fonte illo, quem inde
fluxisse credo. Vide im-
maculata vestigia, quæ
non steterunt in via
peccatorum; sed sem-
per ambulauerunt in
lege tua, diris confixa
clauis, & perfice gres-
sus

sus

234 *Die Sabbati*

rus meos in semitis tuis
Fac me odio habere
omnem viam iniquita-
tis, viam iniquitatis
amoue à me, facque
me propitius viam ve-
ritatis eligere.

Desiderium, & Amor.

Sed tu, vbi interim
habitas, vbi requie-
scis, Sponsor meus, &
fideiussor meus? O dul-
cedo amoris, & amor
dulcedinis: comedat
te venter meus, & ne-
ctare tui amoris reple-
antur